

179

**Q**uintodecimo post premissa ad dñam cōsolatricē pre-  
memoratā accedētib⁹ q̄ pluribus tristibus vn⁹ ex  
eis de pusillanimitate et timiditate sua i genere que  
relam p̄posuit. Cui illa de suis puellis duas pro cō-  
solatione adiunxit.

**LI. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. O amice cur de pusillanimitate seu timidi-  
tate turbaris. cuius et si mala sit cōditio. a peiori tamē te pre-  
feruat. videlicet a presumptione seu presumptuositate te in multa  
mala precipitante. Nempe sicut iaciendo telum multo difficilius  
est tangere signum. q̄m locum aliquem extra ip̄m. sic secundū illum  
aristotlem in suis moralib⁹. difficillimū est inuenire medium vir-  
tutum. et per consequens facillimū est non perungere ad mediū. et  
ad aliquod extremorū declinare. quod quidē extremū intantū est  
tolerabilius q̄ aliud inq̄ntum minus q̄ aliud a medio virtutis di-  
stat. ac etiam inq̄ntum ab alio extremo quod alias facile inest sub-  
iectū suū p̄feruat. Quid ergo. Profecto pusillanimitas licet nō sit  
virtus consistens in medio. sed vnum extremorū. et aliqualis malū  
habeat rationē. tñ qz vnū oppositorū nō coexistit alteri i eodē sub-  
iecto. Ideo hōiem cui inest nata. est p̄feruare a presumptuositate  
tanq̄ a suo contrario. Sane qz pusillanimitate p̄sumptuositas sit opposi-  
ta. qz ab illa p̄feruari sit tale bonū qz malicie pusillanimitatis mul-  
tum p̄ponderat. patz p̄ expigentia ex additionibus vtriusqz. Nimirū  
in p̄sumptuosis regnat et relucz supbia. q̄ valde est exosa. teste em  
scriptura. odibilis coram deo et hōinib⁹ est supbia. Pusillanimi-  
tas autē q̄uis non sit virtus. tñ virtuti humilitatis deo ḡte. et hōi-  
nibus magis est vicina. p̄sumptuosi multus sunt duri et infesti. pu-  
sillanimes autē solent alijs esse blandi. p̄sumptuosi sunt distorti et  
inquieta. pusillanimes vero pacifici sunt et quieti. minusqz distorti.  
p̄sumptuosi q̄uis in multiloquio nō desit peccatū. tñ solent esse in  
verbis excessiui. pusillanimes autē patienter se habent. nec solent  
peccare excessu multiloquij. Nec oia expientia magistra rerū effi-  
cax. sic docet euidenter qz in hoc sermone non est locus dubitandi.  
et nihilominus p̄pter excessum malicie ip̄ius p̄sumptionis dicit scri-  
ptura. O presumptio nequissima. vnde es creata.

**LII. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. Audisti frater sorore mea p̄ius referē-  
te. qz quia difficile est mediū apprehendere. ideo ad extrema  
contingit facile declinare. Sane extremum timiditati oppositū est  
audacia. et si timiditas rationē malū habeat. inq̄ntum tñ excludit  
audaciā. sic incompatibiliter plus ad bonū cōfert qz noceat. O quot  
hōines propter suam audaciam sunt occisi. O quot strages auda-  
cie ostentationem solent sequi. O quanti sanguinis crudelis effu-  
sio. O quanta pauperum et terrarum destructio et depopulatio.

**O** quot audacia subito interfectorum. et sine penitentia mortuorum  
 misit ad infernum ad perpetuum cruciatum. **O** contra quot peccata  
 propter timiditatem sunt obmissa. que per audaciam sunt commissa. **Beo**  
 itaque quod ubi unus pusillanimis vel timidus infernum meruit. ibi cen-  
 tum milia propter suam audaciam hic et in futuro cadere meruerunt.  
**Hic** in malam mortem. et in futuro in infernum. **Vnde salomō.** **Bea-**  
**tus** inquit homo qui semper est pavidus. qui vero mentis est dure.  
 qualis supple est audax. corruet in malum. **¶** **Dem**que licet audaces  
 fortuna iuuet non omnibus hominibus. multo tamen plures timiditas preser-  
 uat a periculis maximis. **Sed** et mater ecclesia homines timoratos lau-  
 dare prohibetur. **Symeō** inquit iustus et timoratus. expectabat redē-  
 ptionem israel. et spiritus sanctus erat in eo. **Dices** forte ad vitupium  
 timidi hominis dicitur quod sit vecors. sed ad laudem hominis dicitur quod  
 audax. sit vel animosus. **Item** timidus comparatur lepore. audax leoni.  
**Sed** quid est hoc? **Certe** sepe laudatur apud vulgum. quod vero iudi-  
 cio laude non est dignum. **Datet** hoc per mundi sapientes. qui auda-  
 cem non laudant. sed vitupant tanquam vitiosum. non tenentem virtu-  
 tis mediū. licet audaces equiuoco nomine cum virtute fortitudi-  
 nis habere videantur qualecunque principium. **¶** **Q**uod si propter audaciam  
 mortis vel alias grande incurrant periculum. nedom apud deum et  
 principatus celestes et vniuersos celi milites. sed etiam apud huius  
 mundi homines incurram fatuitatis vel insanie vitupium inexcusa-  
 bile. ubi fuga timidi excusari valet utcumque. contra quod audacibus  
 plus conferret fuga lepore. quam vanum nomen. quippe tale nomen  
 audacem non preseruat a vitupio dicente scriptura. **Cum** audace non  
 eas in via. ne forte grauet mala sua in te. **Sequitur.** cum audace  
 non eas in desertum. quoniam quasi nihil est ante illum sanguis. et ubi  
 non est adiutorium elidet te. nomen autem lepore in pauco confert.  
 quia titulum sapientie sibi affert. quando ad tutum locum fugit. vel  
 in eo manet. **Vnde** dicit scriptura. **Lepusculus** plebs inualida. qui  
 collocat in petra cubile suum. et propter hoc ibidem computatur inter  
 quatuor minima terre. que sapientiora sunt sapientibus.

**¶** **Capitulum** tertium continens consolationes super passione in-  
 ordinati timoris quo quis nimis timet impugnationes hominum.  
 et inuasiones raptorum.

**¶** **S**ecundo post premissa ad dominam consolationem sepe dictam  
 accessit et alius tristis propter timores inimicorum. et specia-  
 liter raptorum perturbatus. **Cui** illa ad ipsum consolandum  
 de suis puellis quatuor assignauit.

**¶** **III. CONSIDERATIO.**

**¶** **P**rima puella sic ait. **O** frater christiane fidei professor. **Rudi** utrum  
 gentilem **Senecam** loquor illustrem te contra timores hominum anima-  
 tem ipsorum dissuadente. **Non** sis inquit miser ante tempus cum illa

que velut imminencia expausti. fortasse nunquam ventura sunt que-  
dam nos magis torquent quam deberent. quedam ante torquent quam  
deberent. quedam torquent cum omnino non debeant. aut ange-  
mus dolorem. aut fugimus. aut preoccupamus. Si enim futurum  
est. quid iuuat dolore suo occurrere. satis cito dolebis cum venerit  
**I**nterim tibi meliora promitte. aliquando gladius ab ipsa ceruice  
reuocatus est. et aliquis suo carnifici superstes fuit. **H**ec ille illu-  
stris. **S**ed et contra inordinatum timorem in genere valent tria pre-  
cipue deum scilicet timere. deum amare. et in eo sperare seu fiduciam  
habere. **V**is scire de timore. **E**cce dicit scriptura. **T**imentem deum  
non occurrent mala. sed in temptatione deus illum conseruabit. et  
liberabit a malis. **V**is scire de amore. **E**cce dicit canonica petri  
**Q**uis est qui nobis noceat. si boni emulatores fueritis. **V**is scire  
de spe et fiducia. **E**cce dicit psalmista. **I**n te domine speraui. non  
confundar in eternum. et iterum. **I**n te sperauerunt patres nostri.  
speraerunt et liberaisti eos. et iterum deo loquens. **I**n te inquit  
confido non erubescam. **S**ed et alia scriptura dicit. **Q**ui confidit  
in illo non minoratus erit. **D**atet quoque propositum exemplo. **N**am  
et susanna erat fiduciam habens in domino. et a morte ad quam com-  
demnata fuerat liberata est. **S**int ergo dicta tria simul. nam funis  
culus triplex. difficile rumpitur.

## **C** II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella sic ait. **O** amice nescis quod dicit scriptura. **F**idelis  
deus per quem vocati estis in societatem filii eius ihesu christi do-  
mini nostri. **S**i vocauit. igitur per te stabit et non per eum. si non ei  
socialiter coniugaris et astes et ipse tibi. quod si fiat. nihil dubi-  
tes nisi legem tibi seruet fidelis societatis. que inquit est lex illa.  
**H**ec est certe secundum venerandum antistitem **A**mbrosium. quod soci-  
us repellat iniuriam a socio. **H**inc de sociali assistentia dei confi-  
sus dixit propheta **ysaias**. **I**uxta est qui iustificat me. quis tradit  
cet mihi. **S**temus simul. quis est aduersarius meus. **A**ccedat ad me.  
**E**cce dominus deus auxiliator meus. quis est qui contemnet me.  
**H**inc de societate eius confusus et sanctus **job** animatioque factus  
tanquam ex hoc neminem timens sic dicebat. **L**ibera me domine et po-  
ne me iuxta te. et cuiusuis manus pugnet contra me. **E**cce quomo-  
do cuiuslibet hominis manus se volentem impugnare minime for-  
midabat. **D**ixit quoque et sanctus **dauid**. **D**ominus mihi adiutor.  
non timebo quid faciat mihi homo. dominus mihi adiutor. et ego  
despiciam inimicos meos. **Q**ue quidem verba erant adlethe fortis.  
sini diuini prelii bellatoris plenam in domino fiduciam habentis.

Dices forte quid mea ex pte requiritur ut merear hanc fiduciam. ut p  
dei adiutorium contra inimicum hominum subsistam. Audi filium dauid salomo  
ne. Deum inquit time. et mandata eius observa. hoc est. id est subsistat  
omnis homo. Vnum igitur est deum timere. Vnde ysaias. Quis ex  
vobis deum timens. speret in nomine domini. et innitatur super deum suum  
Dixit igitur salomon. Deum time. et secundum addit. et mandata eius  
observa. quia hec debent esse simul iuncta. Nempe et Gregorius in  
suis ethicis. Timere inquit deum. est nulla que facienda sunt bona  
preterire. Vnde et scriptura dicit. Qui timet deum nihil negligit.  
huius timoris dei utilitatem ad futura extendens. atque ad presentia re  
ferens magnus pater Augustinus. Timor inquit presentis securitatem ge  
nerat sempiternam. time eum qui super omnes est. et hominem non for  
midabis. Sane premissa societas in ipsius dei sinum te reponit. et  
timorem a te inimicis hominis ita remouet et deponit. quemadmodum di  
ctus magnus pater gratiose permittit. Quid inquit times hominem  
homo in dei sinu positus. tu de sinu illius noli cadere. et quid quid  
ibi passus fueris ad salutem valebit. non ad perniciem.

### III. CONSIDERATIO.

Quercia puella sic ait. O karissime cur tamen times homines. deum ti  
me potius. et ut permittitur mandata eius observa. et tunc dice  
re poteris cum psalmista. fiducialiter agam et non timebo. et rursus  
Dominus adiutor meus et protector meus. in ipso sperauit cor meum.  
et adiutus sum. Sed et sancta iudith de domino loquens. non deseruit in  
quit sperantes in se. Hinc et paulus ad hebreos. Ipse inquit dixit. Non  
te deseram neque derelinquam. ut confidenter dicam. Dominus mihi adiutor  
est. non timebo quid faciat mihi homo. quod declarans ordinarius app  
atus. Hoc inquit post mortem moysi dixit dominus josue. sicut fui cum mo  
yse. ita ero tecum. confortare et esto robustus. non te deseram neque dereli  
quam. Hoc autem dixit omni speranti in se sicut josue. Hoc enim nobis permit  
tit si in illo spem nostram ponimus. hec in dicto appatu. Vnde et quod  
in textu sequitur. Iesus christus heri et hodie. ipse et in secula. Hoc inquit  
pertinet ad superiorem sententiam ubi testatus est ideo deus dixisse. non  
te deseram neque derelinquam. poterat enim illi videri quod hec promissio ad  
josue tantum pertineret. ad quod apostolus respondet dicens. quod et  
hos iuuabit sicut iuuat illum. quasi dicat. non est dubitandum de  
promissione. quia iesus christus qui heri. id est in preterito adiuuauit josue. ipse  
hodie. id est in presenti adiuuat nos et alios fideles. et adiuuabit in  
futuro in secula. id est sine fine. hec glossa ordinaria. **V**erum licet  
hec sententia pauli de dicta promissione dei tam per ipsius appatum  
quam per thomam aquinensem quodam in loco ad necessarium pro  
uisionem referatur. tamen etiam ad necessariam dei defensionem  
contra hostes videtur referenda. cum dicta verba non te deseram  
neque derelinquam ipsi josue sententialiter fuerint dicta. et non sic  
restricta. ut patet textum libri josue intuenti. dicente sic domino.

17  
Nullus vobis poterit resistere cunctis diebus. sicut fui cum moysē  
ita et ero tecum. non dimittam te nec derelinquē te. confortare et  
esto robustus. tu enim forte diuides populo huic terram pro qua  
iuravi patribus tuis ut traderes eam illis. confortare ergo et esto  
robustus valde. et supra iterū pro generali adiutorio confortare et  
esto robustus. noli timere. et noli metuere. quoniam tecum est domi-  
nus deus tuus in omnibus ad quecumque perrexeris. hec ille. unde  
et non soluz de victu necessario. sed etiam de pugne necessarijs do-  
minus intendebat atq; prouidebat. quando ut triumpharet solem  
stare fecerat. Qui igitur pro necessitate cause vel negocij dicto di-  
uino promisso innititur ut hominē se impugnantem nō timeat. ple-  
ne in domino cōfidens ille deum non temptat. sed potius venera-  
bilis Ieronimi consilium sequitur qui dicit. in promissis veritatis  
nemo dubitet. quod quidē verbum Ieronimi etiam thomas aquina-  
nensis ad eandem intentōnem allegat. Sane ut hec consolatio si-  
ne calumnia veritatem contineat. videtur ad mentem precedentis  
referenda. et ad tria in prima consolatione ultimate expressa.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uarta puella sic ait. O frater ut quid raptos spāliter adeo  
times. cum sint remedia multa contra tales. Valet enim fidu-  
cialiter dicere officium de cruce. et specialiter ptege domine ple-  
bem tuam per signū sancte crucis etc. Valet dicere fiducialiter of-  
ficium de beata virgine. Salue sancta parens cum euangelio. In-  
principio erat verbum etc. valet dicere benedictionem itinerantiū  
Deniq; contra timorem raptorū et spolia ipsorum valet dicere fi-  
ducialiter et specialiter in accursu eorum hanc benedictionem. De-  
us meus. deus meus. deus meus. de manu inimicorū extollas me.  
et libera me propter nomen sanctum tuum ab hīs qui appropin-  
quant michi. quoniam inter multos eras mecum. Deus meus adiu-  
tor meus. deus meus refugium. deus meus liberator meus. in hoc  
cognoui quoniam voluisti me. quia non gaudebit inimicus meus  
super me. Hanc quidem benedictionem frater de mane iter per-  
iculosum arcepturus nocte precedente somniauit. et cum sibi i som-  
nis diceretur q̄ illa deberet uti et sic esse securus. timuit eam tra-  
dere obliuioni. cuius oppositum euenit. quia de mane ipsam perfe-  
cte sciuit. et postea pluries inuasus per raptos nūq̄ piclitatus  
fuit sicut dixit. Cuius rei experimentum etiam ab alijs fratribus  
quodam in loco habitum fuit. ubi super quosdam fratres venerunt  
vij. in equis cum balistis qui diligenter quid fratres haberent p-  
scrutantes. et circiter. lx. florenos apud eos inuenientes. pecuniā  
inuentam restituerunt. et in viam suam abierunt. quo in piculo pte-  
dictus frater asseruit se dicta benedictione usum fuisse. Verum ut

in periculis latronum. periculis raptorum magis sis securus. p̄uenias pericula te muniendo tribus p̄ius expressis munimentis. scilicet timore dei. et amore. fiducia. seu spe firmiter concepta.

**Capitalum** tertium continens consolationes sup̄ timore dyabolice illusionis et deceptionis cuiuslibet superficiose artis.

**Q**uercio post p̄missa ad p̄memoratam dominam cōsolatricem accessit et alius tristis super dyabolica illusionem et artis magice deceptionem grauatius cui illa consolationis gratia de suis puellis tres adiunxit

### **I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. Cur times nocere volentem non tamē valentem: impeditum per magis potentem. Vis hoc scire de hoste antiquo. de aduersario nostro dyabolo. Audi p̄mo magnū patrem augustinum. Dyabolus inquit plerumq; vult nocere et non potest: quia potestas ista sub potestate est. nam si tantum posset nocere dyabolus quantum velle: aliquis iustorum non remaneret. Audi rursus magnum Ambrosium. Nisi inquit qui porci more virisisset: nunq̄ accepisset in eo dyabolus potestatem. Aut si accepisset non ut perderet sed ut probaret. sine permissione dei dyabolus nocere non posse cognoscas. ne potentiam dyaboli magis timeas q̄ diuinitatis offensam. Rursus audi et patrem clareuallis. Demum inquit est mala suggerere. nostrū est non sentire. quotiens eis resistimus. totiens eos superamus. angelos glorificamus. deū honoramus qui incitat ut pugnemus. adiuuat ut vincamus. consolidat ne deficiamus. Hec ille pater. Ex quibus patz q̄ efficaciter petit ecclesia quando sic canit. Euigila super nos eterne saluator. ne nos apprehendat callidus temptator. quia tu factus es nobis semperpiternus adiutor. Deniq; contra timorem dyabolice temptationis et impugnationis patent supra remedia oportuna.

### **II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella illusionum timorem attendēs sic ait. O homo fateor causam timendi habes. Nempe fidelis et p̄uida mater ecclesia periculum nostrum exprimens. et remedium pariter inueniens ita nos alloquitur. fratres sobrii estote et vigilate. quia aduersarius vester dyabolus tanq̄ leo rugiens. circuit querens quem deuoret. cum resistite fortes in fide. Ecce resistite inquit fortes ī fide. Cui remedio doctrina cōcordat magni Anthony p̄ neptē meā superius recitata. Is enim fratres suos alloquens. varias inq̄t demonum nostris insidias. credulitatez nominis xp̄i vestris figite metibus. et vniuersi demones fugabuntur. Eacit autem ad hoc remedium a sensu contrario. q̄ sicut hystorographus quidam scribit.

Sanctus longinus ait ad demones habitantes in ydolis. cur habitatis in ydolis. responderunt. ubi xps nō noiat. et eius signum non est positum. ibi est habitatio nostra.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**ercia puella dyabolicarū artium et superstitionum deceptōnes attendens sic ait. **O** homo scias ista bonis non timēda. s; prauiis hominibus. et fidem adhibentibus deo hoc ppter ipsorū peccatum pmittente. **A**udi magnum patrem **augustinum**. ppter eius recitat auctoritas in volumine decretorū. **H**ec inquit potestas ideo datur immundis spiritibus. ut prauios homines seducant. **I**llos videlicet qui spernunt veritatem. et credunt mendacō. et iuxta pauli sententiam. sanam doctrinam nō ferunt. s; ad sua desideria coaceruabunt sibi mgros pcuriētes auribus. et a veritate auditū auertēt. ad fabulas autē duertentur. onerati peccatis ducentur varijs desiderijs. **H**ec pater ille. **S**ed quid. **P**rofecto contra pmissa quibus praui homines merentur seduci tanq̄ excecati. multuz valere videtur ille versus psalterij. **I**llumina dñe oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte. neq̄ dicat inimicus meus pualui aduersus eum. **F**ertur em̄ q̄ vagus quidam sortilegus quandam psonam quā seduxerat secū duxit. quibusdam autē monialib; ipm ob hoc arguentib; et psonaz p eum seductam ad fletū puocantibus. dominabat̄ eis ille vag; q̄ arte sua maledicta idem omnino vellet in eis opari. **S**ed cum hoc attemptaret. nō pfectit. cum tñ moniales ille nichil scirent qđ eas contra machinatōnes illius defendisset. nisi q̄ dominatōnem eius timentes se benedixissent dicendo p̄dictum versus. **F**ertur etiam q̄ quidam demoniacus **alberto magno**. hec verba vel similia dixisset. q̄ videlicet sciret quendā versum in psalterio. quicumq; illum quotidie diceret. nunq̄ ad sui damnatōem seduci posset. et q̄ cum ille requisit; nollet dicere **alberto** quis esset versus ille. **Albertusq; dixisset**. ergo omni die legam totum psalterium. et p consequens etiā versum illum. demon timens hoc p eum fieri. ne tantum bonū faceret. fatebatur ei q̄ esset versus ille. **Illumina domine oculos meos. ec̄.**

**Capitulum quartum continens consolationes sup timore pditionis virginalis honozis ratōne violente corruptōnis.**

**Q**uarto post premissa ad dominam consolatricem principalem accessit et alia persona tristis anxiata ratōne timoris quo perdere timuit virginalē honozem ppter violentam corruptōnem. cui illa de suis puellis tres adiuuixit.

### III. CONSIDERATIO.

**P**rima puella sic ait. **O** virgo laude digna. cur ymaginaris q̄ violentam corpis tui correctionem sequatur honozis amissio

virginalis. Nequaquam istam timeas consequentiam. sicut enim sacrificio  
in manu fidelis posito violenter attracta ad sacrificandum ydolo.  
deus illud deridet sacrificium testante gratiano. Ita et violentam  
virginei corporis corruptionem dicere corruptionem. est apud deum  
derisio. Quippe testate ysidoro qui hoc considerat. et volumine decre-  
torum hoc ipsum authenticat. non potest corpus corrupti nisi prius cor-  
ruptus animus fuerit. munda namque cogitatione animi. caro non pec-  
cat.

### III. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella sic ait. O virgo quomodo illo saltim apud deum pre-  
deres honorem. quo etiam ipsum tuum corpus non perdit sancti-  
tatem. utique venerabile et maxime propter martirij quod gloria et ho-  
nore coronatur emulatione. Nequaquam inquires. Sed quid. certe quod  
corpus virginale violenta corruptione non perdat sanctitatem. De hoc  
audi magnum patrem augustinum. cuius dictum assumit volumen  
decretorum. Proposito inquit animi permanente per quod etiam cor-  
pus sanctificari meruit. ipsi corpori non aufert sanctitatem violentia  
libidinis aliene. quam servat perseverantia sue continentie. Rursum quod  
talis corporis violenta corruptio martirij quodammodo passionem  
emuletur. De hoc itidem audi predictum magnum patrem. et auto-  
ritatem assumit antedictum volumen. Ad dominum inquit inge-  
miscens omnino suis aderit. qui suis adesse consuevit. aut nihil  
in eorum castissimis membris libidine hostili perpetrare permittit. aut  
si permittit. cum earum animus nulla consensionis turpitudine ma-  
culetur. etiam carnem suam defendunt a crimine. et quidquid in ea  
nec commisit. nec permisit libido patientis. solius erit culpa facientis.  
omnisque illa violentia non pro corruptionis turpitudine. sed pro pas-  
sionis vulnere deputabitur. tantum enim valet in mente integri-  
tas castitatis. ut illa inuiolata nec in corpore possit pudicitia vio-  
lari. cuius membra potuerunt superari. Hec pater iste.

### III. CONSIDERATIO.

**T**ercia puella sic ait. O virgo deuota. ut quid de violenta cor-  
ruptione turbaris. ne timeas quod propter illam virginalis hono-  
ris detrimentum aliquod patiaris. vel quod propter ipsam tanquam defusa  
infamia noteris. quinimmo potius nedum apud deum agnitorem  
cordium. sed etiam apud huius vite homines tibi ad honorem com-  
putatur. et tanquam honorabilis passio coronatur. Vis hoc scire. Tu-  
di quod gratiose hoc tradidit gratianus in venerabili decretorum vo-  
lumine. quis inquit corpus violenter corrumpatur. tamen castitas  
duplicatur. Sic beata lucia fertur dixisse pascasio. si in vitam me fe-  
ceris violari. castitas michi duplicabitur ad coronam. Sic ergo vir-  
go exultes testimonio habito ab hijs qui foris sunt. interioris ani-  
mi tui testimonio nichilominus concurrente.

**C**apitulum quintum continens consolationes sup̄ timore mortis in genere.

**Q**uinto post premissa ad dominam consolatricem prememorata accessit et alius tristis conquerens in genere de timore mortis. Et illa eidem consolationis gratia de suis puellis quinque assignavit.

**III. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. **O** mortalis homo cur mortem times? quod faciendo stultum te esse doces. **Audi senecam illustrem.** Nemo inquit impitius est. ut nesciat quandoque sibi moriendum esse. et tunc cum ipse accesserit. tergiuersatur. tremit. plozat. nonne tibi videtur stultissimus qui fleuerit quod ante millos annos non vixerit. eque stultus est qui quia post annos non viuet hec pia sunt. non eris. non fuisti. utrumque tempus alienum. quid ergo fles. qui ad hanc legem natus es. **Rursum stulticia tua etiam ex hoc apparet quod times statum tuum terminari. in quo plus est amaritudinis quam voluptatis. Audi venerandum patrem Ambrosium.** Mortis quidem inquit cum omnes absoluat. paucos delectat. **Et vero non est vitium hoc mortis. sed nostre infirmitatis. qui voluptati corporis et delectationibus vite istius capimur. et cursum hunc consummare trepidamus. in quo plus est amaritudinis quam voluptatis. Hec ille pater.**

**II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. **Cur homo times pro morte perdere? quod merito habes contemnere pro magna tua quiete et securitate. Quid nam inquires est illud? certe vita presens. Vis hanc scire fragilem et deceptibilem esse? Audi Iacobum alphi.** Que inquit est vita vestra? vapor ad modicum parens. **Vis scire quod eius contemptus quietum et securum reddit? Profecto docet experientia. quod sicut metus facit hominem inquietum et anxium. sic et contemptus illi contrarius quietum facit et securum. quod in proposito de vita hominis specialiter patet. Audi illustrem senecam.** Quis illa inquit res est hominis vita. sed ingens res contemptus vite. **Hanc qui contempsit. securus vix debet maria turbare. securus despiciet horridam faciem fulminantis celi. quid ad me quod magna sint. quibus pro ipso prope non magnum est. Hec ille illustris qui contra periculum anime. et pro hominis salute tacite questionem respondet sic ex premissis inferendo. Proinde si volumus esse felices. nec hominum. nec rerum timore versari. anima in expedito habenda est. Hec ille gentilis. cuius ultimum verbum sic capet fidelis. quod ad timorem mortis excludendum requiritur. quod homo quo ad animam sit bene expeditus ad moriendum. quo solo non neglecto consilium huius gentilis de contemptu mortis timore postposito. etiam alio in loco locum habet. Contemne inquit mortem. et omnia que ad mortem ducunt contempta sunt. siue bella. siue naufragia. siue minarum pondera. Nunquit amplius facere possunt**

125.

quod ut corpus ab anima resoluitur. hoc nulla diligentia euitat. nulla felicitas donat. nulla potentia euincit. o te dementem et oblitum fragilitatis tue. si tunc mortem tantum times cum tonat. niues siue fulmen effugeris. repetet te gladius. petet lapis. petet ymber. non maximum ex piculis. sed impetuosissimum fulmen est tecum. si sensum mortis a te sceleritas infinita preueniet. Ideo deo propicio quia metuendum est. animus ex ipsa desperatione sumatur. **Hec dictus illustris.**

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uercia puella sic ait. O homo nonne quietem amas. nonne et sapientibus assimilari desideras. fatere hoc necesse est. Sed quod profecto ad hoc requiritur quod mortem non timeas. Audi **cicerio** nianam sententiam. Meditatio inquit esse debet ab adolescentia ut mortem negligamus. sine qua meditatione tranquillo animo nemo esse potest cum certissime moriendum sit. et quo incertum tempore. sapientissimus quisque equissimo animo moritur. et ex hac vita discedit tanquam ex hospitio. non ex domo. amovendi enim diuersorium natura nobis dedit. non habitandi. **hec cicerio.** cuius ultimo verbo paulus concordat. Non inquit habemus hic manentem civitatem. sed futuram inquirimus.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uarta puella sic ait. Nonne amice superius per neptem meam didicisti longam vitam. longam esse miseriam. Hinc autem plane sequitur. quod cum mors finem imponat miseris. minime sit timenda. Audi illum **Salustium.** In luctu inquit atque miseris mors erumnarum. requies est. non cruciatum. Hinc et ille **maximianus** sic metricè ait. O quam dura premit miseris aditum vite. Dulce mori miseris. sed mors operata recedit. Et cum tristis erit. precipitata venit. Forte dices non timo meo omnem mortem. sed malam vel turpem. Quocirca audi **ciceronem.** Nequaquam inquit viro forti turpis mors accedere potest. Audi quoque et **prosperum.** Non est inquit putanda mors mala. quam bona precedit vita.

### V. CONSIDERATIO.

**Q**uinta puella sic ait. Noueris amice quod zenon stoicus sicut refert illustris **Seneca** hac collatione usus est. Nullum malum gloriosum est. mors autem gloriosa est. mors igitur malum non est. Sed quid. profecto ex hoc sequitur quod mors timenda non est. quippe timoris obiectum non est aliquid nisi tale quod mali habet rationem. Dices forte collatio dicti stoici verum non claudit. quia aristoteli per hypotheticum contradicit. Is enim dicit. quod finis terribilium est mors. Erzas certe inter hec. nisi distinctio attendas. Ecce enim **cicerio** sic distinguit. Mors quidem inquit hijs quorum cum vita extinguntur omnia terribilis est. non autem hijs quorum laus emori non potest. **Hec ille.** cuius quidem currit distinctio inter vitiosos et virtuosos

quorum nimirum virtuosorum laus non potest mori. quemadmodum dixit poeta quidam. **Ite** alacres nostri nunquam moriuntur honores. **Sane** pro hac parte distinctionis capienda est et illa sententia ciceronis. **Qui** inquit non modo quia mori necesse est. verum etiam quia nihil mors habet quod sit horrendum mori non timet. magnam sibi presidium ad vitam beatam comparat.

**Capitulum sextum continens consolationes super timore mortis et hoc specialiter quando sunt tonitrua et fulgura ratione tempestatis.**

**E**xto post premissa ad dominam consolatricem prenotam accessit et alius tristis timens mortem incurere per fulmina et tempestates. **Cui** illa consolationis gratia de suis puellis tres adiunxit.

### **I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. **O** amice ut quando sunt tonitrua mori per fulmina et tempestates minus timeas beati johannis qui filius tonitruum appellatur sacrosantum euangelium. **In** principio erat verbum sine characteribus tecum habeas. vel ipsum omni die a sacerdote audias. vel per te legas. et specialiter quando est tempestas. **Nimirum** fertur quod tribus simul religiosi per campos euntibus. et veniente tempestate maxima. et timentibus ipsis mori a fulgure et tempestate. audita est vox in aere que dicebat interrogative percutiam. et respondit vox percutite. quo audito. statim unus eorum percussus cecidit. et mortuus interiit. **Post** hoc duo superstites. ut periculum euaderent celerius cucurrerunt. sed vox in aere secundo est audita que dicebat. **Percutiam.** et responsum est percutite. quo audito statim secundus percussus cecidit. et mortuus interiit. **post** hoc tertius totus attonitus periculum tempestatis eiusdem cursu celeriter libenter euasisset. et similiter vocem audiuit in aere percutiam. et responsum est non. quia iste hodie benedictum illud euangelium audiuit. **In** principio erat verbum. et verbum caro factum est. **et** sic iste solus euasit.

### **II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. **O** dilecte inuoca virginem gloriosam per saluem reginam prout sequitur. et ipsa erit tibi presidium contra fulminis lesionem. **F**udi cesarium de cisterciensium ordine loquentem. **In** villa inquit dyocesensis treuerensis. sacerdos quidam parochiam regens. die quadam unum ex conseruis nostris hospitio recipiens. ait ad illum. ordinem vestrum plurimum diligo. quia multum boni michi contigit per eum. antiphonam illam gloriosam.

Salve regina ab illo habeo. et quid per illam michi contigerit enarrabo. ad omnes horas meas illam dicere consuevi. et cum die quadam campum transirem quandam visitare reclusam iuxta ecclesiam solitariam habitantem. orta sunt tonitrua tam valida ut vires ambulandi michi adimerent. veniens tandem cum multo labore simile ac timore ad ecclesiam ipsam intraui. et coram altari me prosternens pro ipsa tempestate dominam nostram interpellavi. et ecce matrona virginei vultus. mirique decoris de altari ad me veniens. cum admirarer que nam esset. illa me prius allocuta est dicens. quia antiphonam. **Salve regina** libenter ac frequenter decantas. nunquam tonitrua. neque fulmina quorum timore sepius affligens te ledet. **Sic** quod ad altare redigens in oculis meis disparuit. et statim intellexi quia ipsa esset clemens illa pia ac dulcis maria.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uercia puella sic ait. **O** frater scias quod contra timorem fulguris et tempestatum. et universaliter contra timorem mortis imminetis ratione cuiuscumque periculi nichil est melius quam non esse conscius sibi alicuius actualis peccati. vel quod se esse a peccatis iustificatum. et hoc firmiter sperare. **Hoc** enim egregium verbum dicit **gregorius**. **Nullus** inquit genus mortis bono et recte viventi homini metuendum est. **Cur** enim metueret cum scriptura dicat. **Iustus** si preoccupatus morte fuerit. in refrigerio erit. **Ante** periculum ergo peccata tua discrete confitearis. quod si mortis periculo imminere opportunitatem confitendi non habeas. saltem conteraris. quod potest fieri in actu oculi. et sic iustificatus si fueris. optabile erit tibi mori. et vacanter dicere poteris. cupio dissolvi et esse cum christo.

**Capitulum** septimum continens consolationes super timore penae doloris temporalis. ac eterne. et gehennalis.

**Q**uinto post premissa ad dominam consolatricem prefatam accessit et alius tristis gravatus ratione timoris penae temporalis et eterne. cui illa gratia consolationis de suis puellis duas adiunxit.

### I. CONSIDERATIO.

**P**rima puella ad penam temporalis doloris respiciens sic ait. **Tu** homo qui times penam temporalis doloris. vel times dolores pati in hoc seculo. vel times dolores futuros in purgatorio. **Siquidem** in hoc seculo. de homini poteris consolationem recipere timorem excludentem. vel saltem minuentem ex hijs que prius preceptes meas sunt evidenter declarata. **Do**ro si de pena agitur purgatoria. de huius timore non doleas sed gaudeas. quod illud

eligibilem esse scias. quippe inter duo mala minus malum est eligendum. **S**ed quid? **C**erte dictus timor minus quidem malus est quam quodcumque mortale peccatum etiam minimum a quo timor talis retrahit. cuius retractionis bonitas incomparabiliter timoris huius ponderat malicie siquam habet.

## II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella ad hominem propter timorem pene infernalis contristatus sic ait. **O** amice qui hoc timore grauaris. scias quod quis sit passio imperfecta. habet tamen bonum effectum. **V**is scire quod? **E**cce timor pene eterne cadere facit per penitentiam a vertice superbie. quemadmodum habetur ex venerabili decretorum volumine. **V**bi et notatur quod licet sit seruilis cum quo habitare caritas designatur. tamen iste timor introducit in hominem timorem filialem sicut setha filium. habet igitur iste timor aditum superbie contrariam utpote de vertice ipsius cadere facientem. habet conditionem etiam ad veram penitentiam promouentem. sed et introducit timorem filialem caritati cohabitantem. **E**t nonne isti sunt boni effectus? **S**unt omnino. **S**ed dices forte primo declara michi penitentiam ad quam promouet bonitatem. **E**cce quod magna est eius bonitas. quam magnus pater **Augustinus** sic describit. **P**enitentia inquit languores sanat. leprosos curat. mortuos suscitatur. sanitatem auget. gratiam conseruat. claudis gressum. cecis restituit visum. vitia fugat. virtutes exornat. mentem minuit et roborat. **hec iste pater.** **S**ed et si times in penas infernales descendere. scias quod penitentia alis comparatur. ut infra declarabitur. que te in celum facient leuiter euolare. **D**ices forte scdo quid in hoc boni consistat. quod predictus timor te cadere facit a vertice superbie. **E**cce sicut humilitas gradus habet quibus per eam tanquam per scalam ad celum ascenditur. quo fit quidem quod qui se humiliat exaltabitur. **I**ta et superbia gradus habet quibus per eam tanquam per scalam plus et plus ad profundum inferni descenditur. **D**er verticem igitur superbie ille gradus intelligitur qui superbiam in summo seu in potissimo esse suo constituit. cadere ergo a vertice superbie est cadere a superbia in potissimo suo esse. quod est dicere quidem. quod superbia que radix cuncti mali. et regina omnium vitiorum esse a sanctis predicatur non potest esse ita perfecta. quin timor infernalis pene faciat ab illa recedere. et se ad penitentiam humiliari sub potenti manu dei. ut nos exaltet in tempore visitationis. **O** quod bonum est quod a superbia cecidisse. **N**empe ut ait magnus pater. **I**ste inquit immaculatus est qui hoc delicto caret. quia hoc est ultimum redeuntibus ad deum. quod recedentibus primum fuit. **V**nde etiam rursus de superbia scribens. **I**psa est inquit omnium peccatorum initium. et finis. et causa. quoniam non solum peccatum est

ipsa superbia. sed etiam nullum peccatum potuit. aut potest. aut poterit esse sine superbia. ¶ Postremo forte dices quid bonitatis est in filiali timore quod seruilis timor introducit. Multum per omnem modum. Nimirum filium dei constituit. quod quidem una cum caritate ei cohabitante facit. testante Iohanne filio zebedei. filioque virginis. videte inquit qualem caritatem dedit nobis pater. ut filij dei nominemur et simus. Sed quid. Certe paulus dicit. si filij. et heredes. heredes quidem dei. coheredes autem christi. et nulli dubium quin res optima. immo summum bonum sit hereditas eorum qui in filios dei adoptantur. hijs nimirum cum paulo dicere competit. gloriamur in spe glorie filiorum dei.

¶ **Capitulum octauum continens consolationes super dubitatione hominis de sua predestinatione et salute.**

**O**ctauo post premissa ad antedictam dominam consolatricem accessit et alius tristis propter dubitationem de sua predestinatione et salute perturbatus. Cui illa pro consolatione duas de suis puellis assignauit.

¶ **II. CONSIDERATIO.**

**P**rima itaque puella sic ait. O amice karissime noueris quod certa electio non stat cum dubitatione probabili. Si igitur vis ut te dubitatio grauer non molestat. spera in domino atque satage ut electio tua per bona opera fiat certa. Ad hoc enim hortatur princeps apostolorum petrus. Eratres inquit satagite ut per bona opera certam vestram uocationem et electionem faciat. sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in eternum regnum domini nostri ihesu christi. Nimirum bona opera si feceris. te ad celorum regna tanquam predestinatum subleuant. Una enim cum illis te esse predestinatum reputes ad salutem. quemadmodum enim aquila ab eterna preordinata est ad uolandum sursum. non tamen sine penis quibus subleuatur ad celum aereum. cuius pullos si uideres adhuc in nido nudos existentes. dubitare posses de futuro eorum uolatu. quod dubium non maneret probabile. si pennas eis uideres crescere. Ita profecto est de homine predestinato ad celeste regnum non secundum nudam eius substantiam. sed una cum bonis et uirtuosis operibus tanquam penis ipsum subleuantibus. dicente ob hoc psalmista. Quis dabit michi penas sicut colube. et uolabo et requescam. Hoc est autem quod ex auctoritate gregorii uenerabilis decretorum volumen uidetur saltem tangere. Ea inquit que sancti uiri orando efficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineantur. nam ipsa quoque pennas regni predestinatio ita est ab omnipotente deo disposita. ut ad hoc electi ex labore perueniant. quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare.

## II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella sic ait. **O** homo cesset tua dubitatio, sed non succedat presumptio qua regnum celorum tibi promitteres nullo merito respondente. Declines magis iuxta preecedens sororis mee consilium ad spem certam bonis operibus innitentem. Hanc nimirum spem non modicum poterit confortare illud ecclesie canticum. **B**eatus auctor seculi, seruire corpus induit, ut carne carnem liberans, ne perderet quos condidit. **A**udi gregorij orationes egregiam huius conditoris pietati fiducialiter innitente. **O**mnipotens inquit sempiternus deus, qui abundantia pietatis tue et merita supplicum excedis et vota, effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas que conscientia metuit, et adicias quod oratio non presumit. **A**udi quoque patrem Clareuallensium de dicti nostri conditoris merito in tantum confidentem, quod cum infirmitate quandoque sibi videretur ante tribunal domini presentari, ubi cum sathan multa contra ipsum diceret, respondit. **R**egnum celorum duplici iure dominus meus obtinet, scilicet hereditate patris, et merito passionis, altero ipse contentus, alterum michi donat. **A**d hec confusus inimicus discessit. **R**ursum idem pater de conditore nostro confidens. **M**ultiplicabitur inquit eius impium, ut merito saluator dicatur etiam pro multitudine saluandorum. **S**ed nunquam bene hoc dictum est. **C**erte videtur quod optime. **N**imirum hoc nomen saluator est nomen verbale, grammatice significans actum conuersum in habitum, habitus autem animum inclinatur ad actum. **D**icitur igitur ihesus saluator seculi, quasi habitualiter inclinatus ad actum saluandi. **S**ed quid certe ea ut in pluribus aguntur, ad que homines inclinantur, optime ergo dictus est ihesus saluator, cuius multiplicabitur imperium pro multitudine saluandorum. **D**ices forte quod hoc videtur contrarium quod per ipsum saluatore est dictum, scilicet multi sunt vocati, pauci vero electi. **S**ed hoc quidem non est contrarium, sed est respectu multorum ad fidei vocatorum de electis ad gloriam tanquam paucioribus operatiue dictum, quippe ad fidem sunt omnes vocati pro precones christi, quia in omnem terram exiit sonus eorum, et licet non tanta, tamen est valde magna multitudo ad gloriam vocatorum pariter et electorum. **S**perare ergo habes quod et tu de numero sis, et non segregatus a multitudine saluandorum.

**C**apitulum nonum continens consolationes super desperatione hominem contristantem et orta propter commisionem peccatorum, et maxime grauium et malorum.

**N**ono post premissa ad dominam consolatricem memoratam accessit et alius tristis in materia premissi capituli consolari querens. **C**ui illa eiusdem consolationis gratia de suis puellis octo deputauit.

## I. CONSIDERATIO.

**P**rima puella sic ait. O amice cur te contristat desperatio. cuius ob peccata tua que pretendis nulla est ratio. Cesset in te tantum pusillanimitatis vitium ipsa desperatio. cum tibi sit potius causa sperandi quam post casum peccati sequatur equalis ei a qua cecidisti virtutes perfectio. Si enim fuisti seruus peccatorum: audi ad propositum primum seruum seruorum. gregorium loquor. Nonnunquam inquit culpa fortium occasio virtutis fit. Audi et patrem clareualis. Vbi inquit superabundauit delictum. superabundare consuevit et gratia. Cur ergo non omni pusillanimitate et desperatione remotis. sperares et tu post peccata consequi gratiam iustificationis consuetam dare alijs. Presertim cum detestatione memoriam habentibus de peccatis. Audi de hoc Iohannem os aureum. Non est inquit ad virtutem vlla talis exhortatio: qualis est peccatorum recordatio.

## II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella sic ait. Miroz frater quod propter peccata que commisisti desperas. Nempe desperatio damnationem concernit. et maximum nocendum. Sed quid. Certe peccata preterita non condemnant. sed nec iudicant hoc breui et leui addito. si non placent. Audi venerandum antistitem Ambrosium. Non inquit queritur quod quis fuerit. sed quis sit. preterita enim nec condemnant nec iudicant. Audi et magnum patrem Augustinum. Non inquit nocent mala preterita si non placent. Audi denique et illustrem Ieronimum. Dicite inquit discipulis eius et petro qui se discipulatu iudicat indignum. quia ter negauit magistrum. Et vero peccata preterita non nocent. quando non placent.

## III. CONSIDERATIO.

**T**ercia puella sic ait. Audi frater qui peccasti non ideo te deum permisisse cadere in peccatum maioris infamie. ut per illud te damnaret. sed ut te de occulto peccato maioris culpe sanaret. Audi magnum patrem Augustinum. Tudeo inquit dicere supbis esse vitale cadere in aliquod apertum et manifestum peccatum unde sibi displiceant. qui iam sibi placendo ceciderant. Audi rursus eundem. Nonnunquam inquit deicit deus occultam mentis superbiam. per carnis manifestam luxuriam. Audi quoque seruum seruorum dei ad hanc intentionem subtiliter seruientem. Aliquando inquit minus est in corruptione cadere. quam cogitatione tacita deliberata elatione peccare. sed cum minus turpis supbia creditur. minus vitatur. Luxuriaz vero eo magis erubescunt homines. quo simul omnis turpiter nouerunt. unde fit plerumque ut nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes. ex aperto casu in malum culpe latentis erubescant. et tunc etiam maiora corrigant.

cum p[er]trati in minimis grauis ofunduntur. **Hec gregori[us].**

### **C III. CONSIDERATIO.**

**Q**uarta puella sic ait. Scias frater q[uod] saltem p[er] vnum actum peccati, vel per paucos virtutum habitus aquisitarum non statim corumpuntur. Nimirum secundum regulam iuris Iohanne ore suo aureo id testante. Omnis res per quascumq[ue] causas nascitur; p[er] easdem dissoluitur. Sed ex frequentib[us] actib[us] et n[on] ex vno vel paucis v[er]o acquiritur. consequens ergo est q[uod] nec per vnum vel paucos actus contrarios virtus huiusmodi destruat[ur]. Quid ergo? Profecto p[ro]pter vnum vel paucos actus peccati commissos non habes desperare, sed potius omnino sperare q[uod] p[ro]pter dictarum virtutum habitus adhuc te disponentes facile deo operante poteris resurgere. Sane huic q[ue]stum ad incorruptionem habitus acquisite virtutis non obstantibus paucis peccatorum actibus contrarijs, videtur aliquantulum concordare verbum magni patris de manentia iusticie et sanctitatis. Nullus inquit sanctus et iustus caret peccatis, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem

### **C V. CONSIDERATIO.**

**Q**uinta puella sic ait. O carissime contra desperationem ortam ex peccatis per sororem meam es ammonitus. ut post casum peccati equalem ei a qua cecidisti virtutis perfectionem speres sequi. Nec de hoc contenta sum, quinimmo sperandam tibi arbitror perfectionem maiorem. Vis scire quare? Ecce docent hoc scripture. Nimirum patrem clareuall[is] audiui ubi inquentem superabundauit delictum, superabundare consuevit et gratia. Sed nunc melius audi paulum non dicentem, ubi superabundauit, sed ubi inquentem abundauit delictum, superabundauit et gratia. constat autem ultra gradum abundantie per superabundantiam ulteriorem gradum et superiorem intelligendum esse. Audi rursus dicente scripture. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum hijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. quid dicat tibi ordinarius apparatus. Quibus inquit diligentibus hijs, etc. quasi dicat, non recedentibus perseverando usq[ue] in finem omnia cooperantur in bonum, non propter meritum suum, sed secundum propositum dei, et usq[ue] a deo talibus omnia cooperantur in bonum, ut si qui horum deuiant et exorbitent, etiam hoc ipsum deus eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atq[ue] doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere, non quasi arrogando sibi tanq[ua]m de sua virtute fiduciam permanendi. **Hec in dicto apparatu.** Sed et deus humilib[us] dat gratiam, nonne mag[is] humilib[us] dat maiorem? Nempe scd[un]d[u]m thopica, si simpl[er] sequitur ad simpl[er], et mag[is] ad magis, et maxime ad maxime.

Audi quoque gregorium dominici gregis pastorem. fit inquit ple-  
rumque gratior deo amore ardens vita post culpam. quam securitate  
torpens innocentia. Audi etiam venerabilem Bedam. Multis in-  
quit qui in pace ecclesie negligenter vixerunt subito erasse. et in-  
flagicia aliqua cecidisse profuit. dum post casum penitendo erecti. vi-  
gilantius domino seruire ceperunt. et qui pigri ac desides in inno-  
centia stare videbantur. per accedentem sibi ruinam ammoniti sunt  
sollertius erga sui custodiam contra omnes antiqui hostis insidi-  
as accingi. hec ille venerabilis. Demum audi venerandam antisti-  
tem Ambrosium quantum ad dictum eius. in venerabili decreto-  
rum volumine recitatum. Sancti inquit qui consummare certamen pi-  
gestiunt. et curere cursum salutis. sicubi forte ut homines corru-  
unt. nature magis fragilitate quam peccandi libidine acriores ad cur-  
endum resurgunt. pudoris stimulo maiora repantes certamina. ut  
non solum nullum attulisse extimetur lapsus impedimentum. sed etiam  
velocitatis incitamenta cumulasse. glosa. ad bene operandum au-  
gmentasse. et sequitur in litera. plerique post unum vel alterum lapsus  
gratia maiores vicerunt.

#### VI. CONSIDERATIO.

**S**exta puella sic ait. Licet amice de peccatis commissis nulla  
per se loquendo consolatio sit habenda. sed potius quotiens  
occurrunt memorie merito debeant displicere. per accidens tamen  
ratione subsequente penitentie. et diuine misericordie. ac provide-  
tie in remissionis et redemptionis gratia relucens cantare solet  
ecclesia. **O felix culpa.** que talem ac tantum habere meruit redem-  
ptionem. De qua penitentie et diuine misericordie quare peccata non  
sunt causa sed occasio est gaudendum. et de peccatis dolendum.  
Unde magis pro uenustate rethorica. quam vera locutione et propria  
dici videtur. **O felix culpa.** sed ipsa penitentie ex peccatis occasio  
nata cum spe magne glorie in futuro habende. merito debet esse con-  
tra desperationem consolatoria. Nec obstat ipsorum peccatorum pro-  
palatio seu publicatio futura. quando omnium demerita omnibus  
erunt nota. Nempe secundum thomam aquinensem. quia peccata san-  
ctorum reuelenter non poterit eis esse in erubescenciam vel vere-  
cundiam. sicut nec marie magdalene est in confusionem quia peccata  
sua publice in ecclesia recitantur. quia verecundia est timor in glo-  
riationis ut damascenus dicit. qui in beatis esse non poterit. sed ta-  
lis publicatio erit ad magnam gloriam propter penitenciam quam fece-  
runt. sicut et confessor laudat eum qui magna scelera fortiter confitetur.

#### VII. CONSIDERATIO.

**S**eptima puella sic ait. **O frater** quomodo desperares ratione talium. et quibus  
una cum alijs possibile est fieri et domino exhiberi preciosus unguentum

offense ipsius placatū. et adeo odoriferum. q̄ per ip̄m aspergitur  
 celeste habitaculum. Profecto nequaquā deberes. S; dices que nā  
 sunt illa e quib; conficitur tā gratū unguentū. Ecce ex pessimis pec-  
 catorū sp̄ib; et tale unguentū possibile fieri. et domino exhiberi.  
**V**is hoc scire: recurre ad vnā de sodalibus meis que superius  
 ex auctoritate patris clareuallis de hoc tractat. magis autem volo  
 quib; replicando q̄ ad ip̄m patrem istum recursum habeas. Ecce  
 unguentum inquit bonum qd̄ maria pedibus saluatoris fudit. un-  
 guentum est contritōnis. et recordatione peccatorū. de spiritu con-  
 trito et cōtribulato descendens. pedes illius sunt misericordia et  
 iudicium. quorū alter; sine altero osculari. vel temeraria securitas  
 est vel desperatio fugiēda. Sequitur sane p̄ciosum multum ungue-  
 tum quo non solum terrena domus. sed etiam celestis aspergitur.  
**V**ilissime autem sunt species de quibus conficitur. et magna earū  
 copia infra nostros ortulos poterit inueniri. peccata igitur nostra  
 plantata in conscientijs nostris. quorū numerositas p̄e multitudi-  
 ne numerari non potest species eius sunt. ipsa igitur in mortario-  
 lo penitentie maceratōnis pistillo contusa. et respersa discretionis  
 oleo doloris igne supposito. et in ar̄no discipline cocta. unguen-  
 tum exhibent p̄ciosum et acceptum pedibus saluatoris. sequitur  
 in fine. felix maria vnxit pedes ihesu. quis desperare debeat tan-  
 ta peccatrice non solum veniam sed et gloriā consequente.

#### C VIII. CONSIDERATIO.

**O**ctava puella sic ait. O homo cur peccatorū grauitas te facit  
 desperare. Ecce dicit venerand; pater **Ambrosius**. Nemo dif-  
 fidat. nemo veter; conscius peccatorū p̄emia desperet. Nouit de-  
 us mutare sententiam. si tu noueris mutare delictum. **Hec ille pa-  
 ter**. Sed tu forsā dices per quid mutabo. profecto leue quid a te  
 requiritur. ut post peccata tua esto q̄ sint grauissima. sp̄em firmam  
 habere valeas de venia. ac per consequens de salute. An non pec-  
 catum petri cristum negantis magnum p̄orsus erat. peccatū etiā  
 pauli nascentis ecclesie persecutoris. Peccata quoq; illius marie  
 que erat in ciuitate peccatrix. peccata zachei publicani. peccata  
 mathei theolonearij. peccata latronis cum cristo suspensi. qui om-  
 nes subito sunt per penitentiam veniam consecuti. Sed et iude tra-  
 ditoris peccatum enorme fuit in infinitum. utpote commissum in  
 personā infinite dignitatis. de quo tam̄ dicit magnus pater **Augu-  
 stinus**. Nemo desperet iudam traditorem non tam scelus quod cō-  
 misit q̄ indulgētie desperatio fecit penitē interire. q̄ tñ a venia ex-  
 clusus testate decretoꝝ volumie nō fuisse. si penitentiā non solū  
 apud iudeos. s; apud xp̄m egisse. **D**ices forte penitentia que p̄  
 spe salutis requiritur est hec ut dixisti res leuis. Est omnino. Audi

magnū patrem **Augustinum**. de penitentia in p̄sona xp̄i loquentē. **Iugum** inquit meum leue est. et sarcina mea leuis. hec sarcina non est pond⁹ onerati. sed ale sunt volatoꝝ. habent enim et aues p̄na rum suarū sarcinas et portant illas. portant illas in terra. portant ab illis in celum. **Audi** quoq; et patrem clareuallis de ipa peni- tentia ḡsimiliter loquentem. **Quid** inquit leui⁹ onere. qđ non soluz nō onerat sed portat. en⁹ tibi portādum imponitur. mīx opus na- ture. vnde grossescit materia. inde sarcina leuiga⁹. et quantū crescit in massa. tantū decrescit in pondere. **Hec** pater ille.

**Capitulum decimum continens ḡsolatōnes sup cruciatu animi hoīs ḡpassiui alijs ḡpatiēdo cruciati.**

**D**ecimo post p̄missa ad sepe dictam dominā ḡsolatricē illustrissimā accessit nūc vna. nunc alia persona tristis sup cruciatu animi seu cordis sui ḡpassiui querēs ḡsolari. **Et** illa eisdem ḡsolationis gratia de suis puellis quinq; ydoneas assignauit.

#### **I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella ḡpassionem in genere attendēs sic ait. **O** tu qui- cunq; erga alios pia gestas viscera. scias qđ tristitia tua verte- tur in gaudium. **Nempe** ḡpatiēdo socius es passionis. ut patz ex terminis. ergo eris et socius ḡsolationis omnium illoꝝ quib⁹ ra- tionabiliter ḡpateris. **Sed** quid. **Certe** hoc bonum ḡsolationis ex- cedit in immensum malum cruciatus animi seu cordis ipius cōpa- tientis. **O** quantuz putas viscera que gestas. nonne decorabuntur aut recreabuntur. certe multum p̄ omnem modū. **Sed** et illi quidē quibus ḡpassus es. qui forsitan iam celū inhabitant omni te grati- tudinis vicissitudine p̄sequūtur potentissimi apud deum. atq; tui apud eum studiosissimi p̄motoꝝ. qui sui memoꝝ. immemoꝝ ne- quaḡ existunt. qđ si illi sint forsitan in inferno de numero damna- toꝝ. nec sic est p̄dita tua erga ip̄os ḡpassio prius habita deo p̄pi- cio ad approbandum existente. et caritatem tuam ob hoc speciali- ter remunerante.

#### **II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella ḡpassionē p̄sone tristis p̄sertim religiose super carnalium pentum miseria attendens sic ait. **Vt** quid p̄pter p̄- entum aut p̄opinquoꝝ miseriā quā sine culpa tua patiuntur sic animo cruciaris. et nō poti⁹ attendis. qđ ip̄e dñs nos a cura huius modi sup̄tauit. **Audi** quendā euāgelicuz appatū in xp̄iane reli- gionis hominum personis de xp̄o loquentem. **Cum** inquit dicenti sibi matrem suam et fratres foris stare querentes eum respondit. que est mater et fratres mei. **ꝛc.** non recusabat matris obsequia.

sed p̄ferabat patris miseria. fratresq; non contemnebat. sed opus  
sp̄uale cognationi p̄ferabat. nos sp̄m̄ carni p̄ferre docebat. Vnde q̄  
amat inquit patrem aut matrem plus q̄ me. non est me dignus.

**C**Sane q̄ dñs a cura pentum hm̄oi religionum p̄fessores specia-  
liter supportauerit. de hoc audi patrem clareuallis ad ip̄m̄ domi-  
num de matre ipsi⁹ loquentem. Domine inquit quid molest⁹ es il-  
li dicens. quid michi et tibi. multum p̄ omnem modum. Sed mani-  
feste iam video q̄ non velut indignans aut ofundere volens vir-  
ginis matris teneram verecundiã dixeris. quid michi et tibi. cum  
venientibus ad te iux̄ matris p̄cepta ministris nihil cunctatus fa-  
cias q̄ illa suggessit. Vt q̄ ergo fratres. Vt quid sit resp̄dit pa-  
ter. Vtiq; p̄pter nos. vt cōuersos ad dominuz iam non sollicitet cu-  
ra pentum et necessitudines ille. sp̄uale non impediant exercitiū.  
q̄ diu enim de mundo sumus. debitores nos esse constat pentibus.  
at postq̄ nosmetip̄os reliquimus. multo magis ab eoz sollicitu-  
dine liberi sumus. Vnde et legimus fratrem quendam in heremo  
duerfantem. cum ad eum carnalis frater auxiliij gratia aduentasset.  
respondisse vt adiret alterum fratrem. cum ille vtiq; iam obissz. mi-  
rante illo et dicente quia mortuus esset. se quoq; mortuum esse re-  
spondit. Optime ergo nos docuit dominus ne solliciti simus super  
p̄p̄inuos carnis nostre plus q̄ religio postulet. q̄ do ipsi matri et  
tali matri respondit quid michi et tibi est mulier. Hec dict⁹ pater

### III. CONSIDERATIO.

**Q**ercia puella sp̄aliter matris sup̄ infantuloꝝ miseria quibus  
non haberet ministrare necessaria. ac super eoz passione affli-  
ctius op̄ passionem attendens sic ait. O parens misericors non sis vt  
rachel plorans filios suos que noluit ofolari. Sis magis vt mater  
illa. que vt soroz mea superius retulit septem filios suos hortaba-  
tur ad mortem miserabilem sustinendã. Tu enim meliorem habes  
sortem. Nimis illa filios habuit de quibus q̄ nimium passionib⁹  
afflicti ad malum p̄fidie declinarent timere habuit. tui vero infã-  
tuli a bono diuertere nō p̄ualent. vel ad maluz declinare. Et quid  
si absq; culpa tua moriuntur fame. eoz enim si non demerueris vi-  
debis miseriam mutatam esse in celo in excellentem p̄ncipatum.  
ad q̄z immediate postq̄ obierint quantotius transferuntur ore ip̄o-  
rum hic famelico. ibi tandem vberzima ob hoc recreatōne p̄petua  
saciato. Deniq; quid cure si hic videns eoz miseriam. tuam ipsius  
animam op̄ passionis gladius p̄transibit. Attendas quod dicam. Si  
enim pars cozpis p̄ q̄ transibit gladi⁹ p̄pter fidem xp̄i speciali de-  
coꝝe p̄ornabitur. quanto potius coz op̄patientis. et anima etiã sp̄ali  
gaudio eternaliter permansuro consolabitur. q̄ coz vel animam  
in filioꝝum seu infantum miseria rationabilis doloris gladi⁹ per-  
trãhuit.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uarta puella ad personam damnatis patientem sic ait. **O** amice tuus forsitan amicis de infernalibus cruciatibus patientis. **S**ed cur hoc. Cesset iste vel temperetur patientis affectus. aut dic quod quo pacto nunc de hoc valeas animo cruciari. de quo post modum huius temporis indubitanter si de numero fueris beatorum habebis non solum solari sed letari. **Q**uippe per se in persona anime beate deo loquens. **D**ecidisti inquit saccum meum et circumdedisti me leticia. quasi si dicat. decidisti saccum meum. id est corpus. scilicet per mortis dissolutionem quo induta eras velut sacco miserabili stercoreibus pleno. aut velut habitu rusticano. vel saccum meum. id est cor meum in quo. scilicet tanquam mendicus recepi panem ab alijs. id est in quo congregavi maxime apud propinquorum miseriam panem doloris. **N**unc saccum decidisti. id est post dissolutionem meam apperunsti. ut panis iste excideret. et circumdedisti me leticia. me inquit. id est non saccum tantum meum. sed tandem refuopro corpe. me totum gloriosa claritate que est causa leticie recopentantis patientem habitam ratione aliene miserie. **V**el circumdedisti me leticia. quasi futuram beatorum leticia sic circumquaerit nobis aduentura. scilicet a deo tanquam ab exite supra nos. et ab alijs sanctis tanquam a collateralibus que sunt iuxta nos. et ab illis qui sunt et erunt in inferno tanquam ab illis que sunt infra nos. nam et de illorum pena beatos letificante dicit psalmista. **L**etabitur iustus cum viderit vindictam. scilicet propter suam deformem voluntatem perpetuo duraturam.

### IV. CONSIDERATIO.

**Q**uinta puella rursus personam patientem et propter malum pene aliorum. et maxime carorum et propinquorum animo cruciatam alloquens sic ait. **O** persona carissima propter malum pene aliorum animo afflictam. attendas ad ea que per neptes meas diuersis in locis huius libri sunt dicta. et consolationem recipies super patiente tua qua. scilicet alijs compatentis. **P**rofertim caris et propinquis super infirmitate. super dura captiuitate. super miseria quorumcumque pauperum quibus non potes subuenire. et vltimo super lesione ipsorum in corpe. vel in rebus. **Q**uippe si per eadem dicta consolationem poterunt recipere predicta patientes. quanto magis consolationem poterunt recipere ipsis tantum patientes. **V**erum patiente tua manente. profertim erga christi passiones. beatus es. et bene tibi erit. **N**imirum si christus excellenter remunerat propter ipsum in seipso patientes. quanto excellentius remunerabit sibi ipsi et propter ipsum compatientes. **N**empe videtur quod plus meretur apud ipsum patiente sibi passo exhibita. ac etiam propter ipsum habitam. quam solum patiente propter ipsum habitam. que tamen non est patiente ipsi passo exhibita. est enim ibi attendere duplicem merendi rationem. cum in patiente non sibi patiente exhibita. sed solum propter ipsum habitam non sit merendi ratio nisi una.